UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sancti Hieronymi Stridonensis, Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyteri Cardinalis Epistolae In Tres Libros distributae

Hieronymus, Sophronius Eusebius

Coloniae Agrippinae, 1674

XLVI. Ad Exuperium Tolos. Episc. Vltimo

urn:nbn:de:hbz:466:1-37862

Visual Library

quidam me garriunt, titulum fidei ſervus agno-
ſco. Magum vocant & Judæi Dominum meum,
ſeductor & Apoſtolus dictus eſt. Tentatio me non *1. Cor. 10.*
apprehendat, niſi humana, quoniam partem an-
guſtiarum perpeſſus ſum, qui cruci milito? Infa- *2. Cor. 6.*
miam falſi criminis imputârunt. Sed ſcio, per bo-
nam & malam famam perveniri ad regna cœlo-
rum. Saluta Paulam & Euſtochium, velit nolit
mundus, in Chriſto meas. Saluta matrem Albi-
nam ſororemque Marcellam, Marcellinam quo- * Feli-
que & ſanctam * Felicitatem. Dic eis, ante tribu- cianam.
nal Chriſti ſimul ſtabimus: ibi apparebit qua men- *Rom. 14.*
te quis vixerit. Memento mei exemplum * pudi- *Patien-
citiæ & virginitatis inſigne: fluctuſque maris tuis tiæ.
precibus mitiga.

XLVI. Hieronymus Exuperio Tholoſano Epiſcopo.

Hujus literis, qui & egentibus fratribus miſerat munera, reſpondet, ſimulque illi dedicat ſuos in minores Prophetas commentarios, laudans illius Epiſcopi virtutes.

ULtimo jam autumni tempore frater noſter, filius tuus, Siſinnius monachus, tuæ dignationis epiſtolam reddidit: quâ lectâ, gaviſus ſum te eſſe ſoſpitem, & memorem mei omniumque fratrum, qui in ſanctis locis Domino ſerviunt. In quorum refrigerijs facis mihi amicos de iniquo mammona, & præparas æterna tabernacula, ut poſſis cum David dicere: Quàm dilecta tabernacula tua, Domine virtutum: concupiſcit & deficit anima mea in atria Domini. Si enim paſſer invenit ſibi locum, & turtur nidum ubi ponat pul-

Luc. 16. *Pſ. 83.*

pullos ſuos : cur tu, qui pontifex Domini es, calcas in fine mundi torcularia, ut ſitientibus pulis Sanguinis Chriſti vinum tribuas, non lib proclamabis ac dices : Cor meum & caro exultaverunt in Deum vivum ? Beati qui ha tant in domo tua. Audio te in valle lacrymar in loco, quem Deus poſuit ad certamen, ut v centibus coronam daret, aſcenſiones in tuo co diſponere, & ire de virtute in virtutem, & imi ri Domini paupertatem, ut cum illo dives fia in te reclinet caput, & per ſingulos dies ſuſcip tur, viſitetur, alatur, veſtiatur, & præcipuè in ſ ctarum ſcripturarum lectione fervere. Cùm tibi cuperem ingenioli mei aliquod offerre mu ſculum, & cœpta in duodecim Prophetas exp natio perveniret ad calcem, ſuſceptum opuſ ſerere nolui : ſed quod & abſque te dictatu eram, tuo potiſſimum nomini conſecravi. T benevolentiæ erit, non eruditionem noſtram, vel nulla, vel parva eſt, ſed pronam in te ſuſcip voluntatem, ut nos ad cætera provoces, & in la go ſcripturarum campo currere cohorteris. qui autem ſunt, quibus interpretationem & rum & aliorum voluminum ante promiſi, ign ſcant incredibili in te amori meo, & quicquid

1. Cor. 13. bi ſcripſi, ſibi ſcriptum arbitrentur. Charitas enim benigna eſt, charitas non æmulatur, non quærit quæ ſua ſunt.